

dicite de Deo, vel ad Deum: quam gloriosus
 &c. v. 3.

II. Rationes hujusmodi laudum: quæ sunt
 (1) operum immensitas: quam terribilis
 vel venerandus es in operibus tuis! v. 3. [2]
 hostium convictio: hostes tui blandiuntur
 tibi ob roboris tui magnitudinem: ibid. (3)
 omnium terræ incolarum veneratio: in-
 curvant se tibi: psallunt tuo glorioso nomi-
 ni, v. 4. (4) actionum divinarum mirabili-
 tas: agite! inspicite actiones Dei! venerabilis in
 opere est super omnes filios hominum. v. 5. (5)
 speciatim quoad (a) vetera: mare exsicca-
 vit, itemq; fluvium (Jordanem,) ut gauden-
 tes transiremus sicco pede: v. 6. (6) tanquam
 imperator potentissimus æternusque gentes
 (Canaanis incolas) ita graviter intuitus
 est, ut erigere se hautquaquam potuerint.
 v. 7. Post hæc facta vetera, repetitis lau-

dum debitarum monitis, (v. 8.) accingit se
 (b) ad beneficia nova: [1] animam nostram
 conservavit vivam: v. 9. (2) pedem nostrum
 nutare non passus est: ibid. (3) instar argen-
 tinos probavit: v. 10. (4) è variis anxie-
 tatibus (vers. 11. 12.) in libertatem restituit:
 v. 12.

III. Gratitude: (1) ingrediar domum
 tuam cum holocaustis: v. 13. [2] vota mea ex-
 solvam: ibid. & v. 14. Holocausta v. 13. me-
 morata, repetuntur speciatim v. 15. tan-
 quam pingvia, arietum, jumentorum, hircor-
 um. (3) Commemorabo omnibus fidelibus pre-
 stita mihi beneficia; v. 16. ut sunt (a) invo-
 cantis exauditio: v. 17. (b) innocentia simul
 meæ manifestatio; v. 18. 19.

IV. Epilogum: Benedictus Deus, qui
 nec à se meas preces, nec à me suam amovit
 gratiam: v. 20.

PSALMUS LXVI.

EXPLICATIO VERSUS I.

שיר Canticum:) iterum canticum & מזמור
 psalmus, connectuntur, exprimentæ forsàs lati-
 tiæ causâ, ceu psalmô antecedente. Non esse
 Davidis, vult *Aben Ezra* & *Muis*. sed vide *Piscato-*
rem ad vers. 10.

הריע clangite Deo:) h. e. lætabundam
 edite vocem in honorem Dei nostri potentis, cle-
 mentis, &c. five id fiat voce altâ, five additis si-
 mul instrumentis musicis, buccinarum videli-
 cet, tympanorum &c. Similem vide exhorta-
 tionem *Psalm. XLVI, 2.* De verbô hóc confer *Pf.*
LX, 10.

הארץ omnis terra:) i. e. omnium terræ
 climatum incolæ, cujuscunque etiam fueritis di-
 gnitatis, ætatis vel conditionis. Per synthesin
 singulare hoc nectitur cum verbô plurali, ceu
Gen. xxxiii, 13. morientur omnis grex *cap. XLI,*
57. omnis terra venerunt in Ægyptum &c. *Pi-*
scator nimis arctè ad solam terram Sanctam,
 hoc restringit, cum tamen hic non de actu, sed
 debito agatur, id quod sanè est universalissimum,
 Paralleli sunt *Psalm. XCVIII, 4.* & *C, 1.* clangite
 Deo omnis terra.

EXPLICATIO VERSUS II.

זמרו psallite vel cantate gloriam nominis
 ejus:) h. e. psalmis decenter compositis nomen
 Dei gloriosum hilariter celebrate. De verbô
 זמר vide *Psalm. XLVII, 5.*

כבוד gloriam nominis:) i. e. nomen glo-
 riosum: prius substantivum vices gerit adjecti-
 vi, ceu *Psalm. XLIX, 6.* iniquitas oppressorum, i.
 e. oppressores iniqui: *Pf. L, 2.* perfectio pulchri-
 tudinis i. e. pulchritudo perfecta, &c. Nomen au-
 tem Dei ponitur pro totâ, quam de Deo ex ejus
 verbo habemus, notitiâ, ratione essentia, attri-
 butorum, voluntatis, operum, &c. confer *Pfalm.*
LXI, 6.

שימו ponite gloriam, laudem ejus:)
 h. e. juxta *Aben Efram* pro summa gloriâ ducite,
 Deum laudare. Verbum שמו ponere, constructum
 cum gemino accusativo, exponi solet; consuue-
 re vel facere, ut hoc sit illud: v. g. *Jes. xxviii, 15.*
 שמונו כבוד מהסנו posuimus mendacium specem no-
 stram; i. e. constituimus, ut res fallax sit spes vel
 refugium nostrum; *Psalm. XLIV, 14.* ponis nos op-
 probrium, i. e. constituis, ut simus opprobrium;
Psalm. XL, 5. ponens Dominum specem suam, &c. Ita
 & hóc locô: ponite gloriam laudem ejus, i. e.
 constituite, efficite, ut gloria (vel gloriosissima)
 sit laus ejus, vel splendide Deum concelebrate.
 Adeoque in Ponendi verbô simul latet studium
 indefessum, publicum, solidum, quomodo alias
 ponuntur arcus triumphales, statua, &c. Paralle-
 lus locus est *Jos. VII, 19.* ubi Josua ad Achan:
 שים נא כבוד ליהוה. Adeoque incongrua
 est *Piscatoris* constructio: date ei gloriam per
 laudem ejus. *Junius*: apponite gloriam laudi
 ejus. *Lutherus* olim: macht seinen Ruhm herrlich,
 postea: rühmet ihn herrlich.

EXPLICATIO VERSUS III.

לאלהים (dicite) ad Deum vel Deo:)
 nimirum in hymnis vel evcharisticis vestris fa-
 ceris, in quibus Deum spiritu alloquimini. ita
Lutherus & *Belga*. Possent etiam secundum *Cam-*
pensem (7) reddi DE (Deo:) cujusmodi exempla
 habuimus *Psalm. III, 3.* *XXII, 31.* *XXV, 2.* *XXXV,*
19. *XLI, 5.* *XLV, 2.* *XCI, 11.* verum prior acce-
 ptio magis convenit cum sequentibus, ubi ver-
 ba piorum recitantur loquentium non tanquam
 de Deo absente, sed ad Deum presentem.

quid:) i. e. quàm: ita pronomen hoc
 interrogativum pro adverbio intendendi non-
 nunquam sumitur, ut *Psalm. III, 2.* *VIII, 2.* *XXI, 2.* *XXXI,*
20. *XXXVI, 8.* &c.

terribilis vel venerandus es (in ope-
 ribus tuis, vel quam terribile est unumquod-
 que operum tuorum!) Vide *Psalm. LXV,*
6. item *Psalm. xxvii, 3.* יהוה עליון נורא Si po-
 steriori

1073
 dicitur modo co-
 ditionem
 dicitur sa-
 contem-
 4. Zeph II
 Jan
 Belg
 propter
 robor ru-
 prius sub
 lectivi, ut
 (ex Psalm
 sc.
 mentin
 se an
 gestibus
 dolorum su
 dem mentu
 contr
 rucepisse.
 fenden sebi
 Nimir
 mutuo quan
 destinare, Ca
 actori se dede
 mentu
 peritur *Pfal*
 i. e. fuc
 perioque
 LXXXI,
 duntur ei
 cum perve
 robori se
 declinando
 EXPLICA
 omni
 scurvent se
 quidem ag
 anguli singul
 vero sint
 quid de jure
 content
 causâ
 som solenni
 monem, consta
 erubum, addit
 nom 100, c
 vide supra ver
 EXPLICA
 i. e. a
 vim habet
 XLVI, 9.
 II, 1. IX, 7.
 contemp
 quam anim
 v. g. educ
 6. non
 alorum exter
 (qui) forn
 Deo epitheto